

5

INSCRIPTIONES

GRAECAE ET LATINAE

NOVISSIMIS ANNIS

(1889 — 1894)

MUSEO SURUTSCHANIANO

QUOD EST KISCHINEVI

INLATAE.

EDIDERUNT

I. Surutschan

Acad. Rom. soc. hon.

B. Latyshev

Acad. Petrop. soc. ord.

Accedunt tabulae septem.

PETROPOLI

TYPIS ACADEMIAE CAESARAE SCIENTIARUM.

MDCCCXCIV.

Дозволено цензурою. СПб., 4 Ноября 1894 г.

D. M.
VIRI NOBILISSIMI
PETRI MICHAELIS F. SCHUMSKII

(M. D. 26 M. DECEMBRIS A. 1890)

PIO ANIMO

D. D.

EDITORES

I. Achillis ara apud Hecates lucum reperta.

Inter eum sinum, qui Borysthenis et Hypanis ostiis confluentibus efficitur (Дніпровско-Бугскій лиманъ), et sinum hodie Jegorlyk dictum paeninsula est inter septentriones et occidentem e regione oppidi Oczakov desinens in ligulam arenosam, quae antiquis temporibus Hecates lucus¹⁾ vocabatur, nostra aetate a castello Kinburn in ea sito «Κινπούρνια κόσα» nomen accepit. Iuxta hanc ligulam, medio fere spatio inter finem eius et castellum, in mari occidentem versus (circa 20 m. Gall. a litore) anno 1885 piscatores lapidem magnae molis invenerunt, quem, cum retia eorum identidem laceraret, in terram extrahere decreverunt. Quod cum non sine magno labore fecissent et cochleas adhaerentes abstersissent, in lapide litterae antiquitus incisae apparuerunt. Qua de re certior factus Surutschianus eum acquisivit et a. 1889 Kischinevum transportandum curavit.

Lapis est calcarius formae cylindratae molari similis, altus 0,52 m. Gall., diam. 0,78, pendens pondo circa 549 kgr. (33 p. 20 f. Ross.). Plani superioris pars postica oblique abscisa est eo, ut videtur, consilio, ut sanguis victimarum deflueret. Tituli litterae grandes sunt (a. circa 0,07 m.), sed impares et perquam corrosae; sed cum profunde exaratae essent, satis bene etiam nunc distinguuntur. Lapidis formam in tab. I arte quae dicitur phototypica lectorum oculis repraesentandam curavimus. Titulus ipse ita legitur:

ΑΧΙΛΛΕΙ
ΤΟΜ ΒΛΜΘΝ
ΚΑΙΤΟΚΕΔΡΟΝ

Ἀχιλλεῖ
τὸμ βωμὸν
καὶ τὸ κέδρον.

1) Ptolcm. Geogr. III, 5, 2. Anon. Per. § 58.

Inter omnes constat Achillem a Graecis Ponti Euxini oras incolentibus inter summos deos cultum esse¹⁾, et maxime quidem ab Olbiopolitis. Praeter Olbiam ipsam templum Achillis erat in insula Leuce Istri ostiis obiecta; eidem dicata erat paeninsula cui nomen erat Cursus Achillis (hodie Tendra, Тендровская коса). Hic a. 1824 nummi permulti et fragmenta aliquot marmorea anaglyphis ornata aut litteris inscripta reperta sunt²⁾, quibus nisus Blarambergius sententiam protulit³⁾ ibi quoque aut templum Achillis existisse (cuius vestigia tamen nusquam apparuerunt), aut certe aram. Nunc videmus Achillem non solum in Cursu, sed etiam in Hecates luco cultum esse, fortasse a piscatoribus sive nautis qui illuc appellebant; nam aedificiorum antiquorum vestigia quae probent continuo eis locis homines habitasse, quantum scimus, nusquam reperta sunt. Ceterum cum lapis, ut diximus, in mari repertus esset satis longe a litore, apparet ligulam locum mutasse.

Quod ad titulum ipsum attinet, litterarum formae probant eum quarto aut certe tertio a. Chr. saeculo non esse recentiorem. Quamvis lapis ipse videatur esse integer, statuendum est titulum esse mutilatum suprema linea omnino detrita, nam in parte conservata verbum non exstat, unde accusativi pendeant: veri simile est scriptum fuisse [ὁ δαίνα ἀνέθηκεν] sive [οἱ δαίνα ἀνέθεσαν].

Quid significet τὸ κέδρον, non satis liquet. Constat cedrum arborem Graece dici ἡ κέδρος. Dicunt sane Moeris et Eustathius Aelium Dionysium secutus Atticos neutro genere arborem significasse, ceteros Graecos feminino⁴⁾; sed refutatur eorum testimonium a novissimis Thesauri Stephaniani editoribus, in quo haec legimus⁵⁾: «Quibus [sc. Moeridi et Eustathio] assensum cave praebeas. Etsi enim Dionysium magna cum doctrinae laude in grammaticis rebus versatum nonnulli prodiderint, plus tamen apud nos valere debet Atticorum auctoritas, a quibus eam vocem feminino genere semper usurpatam deprehendimus. Sic Eurip. Alc. 365 et Theophrastus, qui ea voce semper utitur, sed nunquam nisi feminino genere. Atticos ceteri omnes secuti sunt, si Aristotelem excipias, in cuius Admirandis legitur genitivus κέδρου cum articulo τοῦ, ubi tamen τῆς scribendum esse suspicamur, quum Aristotelem ab ea loquendi ratione, quae vulgo obtinebat, discessisse parum

1) Cf. H. K. E. Koehler, Mémoire sur les îles et la course cons. à Achille dans le Pont-Euxin, Petr. 1826; Fleischer in Roscheri lexico myth. Gr. et Rom. s. v. Achilleus (v. I p. 56 sq.); Латышевъ, Исслѣдованія объ исторіи и госуд. стрѣхъ города Ольвіи (Petr. 1887), p. 54 sq.

2) Latyshev, Inscr. orae sept. Ponti Euxini, v. I. p. 170 sq.

3) Записки Одесскаго общ. ист. и древн. v. II. p. 18 (1848).

4) Moer. p. 232: κέδρον οὐδέτέρως Ἀττικοί, θηλυκῶς Ἑλληνας. Eust. p. 1390, 50.

5) Thesaurus Graecae linguae ab H. Stephano constructus etc., v. IV (Paris. 1841) p. 1404.

probabile sit. Certe neutrum nusquam reperias». In nostro titulo arborem intellegi posse vel ideo minime est probabile, quod in ea regione, ubi ara reperta est, cedri non nascuntur¹⁾. Etymologus (s. v.) et Thomas Magister (p. 520) docent femininum genus tunc locum habere, cum de arbore sermo sit, neutrum vero, cum de fructu: κέδρος θηλυκῶς τὸ δένδρον, κέδρον δὲ οὐδετέρως ὁ καρπός. Sed ne fructus quidem mentio in titulo bene potest explicari. Restat igitur, ut Photium²⁾ secuti putemus de *ture* agi, quod is, qui aram dicavit, quicumque fuit, simul deo obtulit, ut inter sacrificandum incenderetur.

Переводъ. [Такой-то посвятилъ или такіе-то посвятили] Ахиллу жертвенникъ и омиамъ.

II. Tituli Olbiopolitani.

a) Decreta.

2. Ad decretum in *Inscr. Pont.* v. I n^o 15 editum novum accessit fragmentum (c) a. 0,095 m., l. 0,085, a. 1886 in Olbiae parietinis repertum et a. 1889 a libero barone C. de Staal Surutschano donatum. Hoc fragmento adiuncto titulus ita legitur:

1	c	a	-N
		Α< ΙΑΔΗ·ΑΛΛΑΤΙΑΝΘΣ	
	ΕΥΝ	ΛΕΙΤΗΓΟΛΕΙΚΑΙΤΟΙΣ	
	ΑΦΙΚΝC	ΩΝΓΟΛΙΤΩΝΕΙΣΚΑΛΛΑ	
5	ΤΙΝΧΡΕΙ/	ΞΤΑΙΜΕΤΑΓΓΑΣΗΣΦΙ	
	ΛΟΤΙΜΙΑΣΖ	ΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΙΔΗ	
	ΜΩΙΕΓΓΑΙΝΕΣ/	ΝΕΓΓΙΤΟΥΤΟΙΣΝΑΥΤΙΜΟΝ	
	ΓΑΣΙΑΔΑΚΑΛΛΑΤΙΝ·ΙΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ		
6	ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΞΕΤΗΣΕΙΣΓ	ΙΙΔΗΜΟΝΔΕΔΟ	
10	ΘΑΙΔΕΑΥΤΩΙΚΛΙΕΓΟΝ	=ΕΝΙΑ	
	ΟΛΙΤΕΙΑΝΚΛΙΕΙΣΓ		
	ΕΜΓΟΛΕΜΩΙΚΑ		
	ΛΞΓΟΝΔΕΙΤΟ		
	ΡΑΨΑΙΕΙΣ		
15	ΨΑΙΕΙ		

1) De plautis Hylaeae antiquae cf. quae dixit Pl. Buratschkov act. soc. Odess. v. IX, p. 3 sq. (О мѣстоположеніи древняго города Каркинитеса и монетахъ ему принадлежащихъ).

2) Photii lex. v. I p. 331 ed. Naber: κέδρον οὐδετέρως λέγουσι τὸ θυμίαμα.

. . . ἀξίαν ζηλώσα[ς
 ουσι τῆ πόλει . . .
 ας τὸ ἀξίωμ[α τοῦ γένους . . .
 δι' ἧ] θλιβομένη | ἡ πόλις . . .
 . . . αὐθ]αίρετος μητ . . .
 . . . ησ.τ . . .

Patet haec ad decretum honorarium pertinuisse. Supplementa, quae vv. 2—4 exempli causa proposuimus, probant decretum satis fuisse amplum. Litteratura et dicendi genus saeculo II p. Chr. maxime conveniunt.

4. Fragmenta tria unius, ut videtur, tabulae marmoris candidi crassae 0,075 m.: *a* undique mutilum, a. 0,20 m., l. 0,21, Olbiae repertum m. Maio a. 1892; *b* item undique mutilum, a. 0,14, l. 0,12, ibidem a. 1889 repertum; *c* altum 0,10, l. 0,12, eodem anno emptum. Tituli litterae a. 0,02 in omnibus fragmentis bene leguntur.

	<i>a</i>	<i>c</i>
	ΠΟΙ	ΙΣΥ
	ΑΘΙΛΤΕΙ	ΑΤΥΡΟΥ
	ΝΟΥΝΓΕΤΟΝ	ΩΝΚΛΙΙ
	ΣΓΕΝΟΜΕΝΟΣ	ΚΟΣΜ
<i>b</i>	ΝΤΗΠΟΛΕΙΚΛΙ	Ι Ι Ι
ΕΝ	ΑΥΤΩΚΑΘΟ	
ΕΠΑΙ	ΤΕΡΑΣΤΟΥΣ	
ΒΥΤΕΡC	ΥΑΙΤΟΥC	
ΣΑΔΕ		
ΛΣ		

Dolemus quod omnia fragmenta componere non contigit; sed etiam nunc primo aspectu apparet ea ad decretum pertinuisse, Romanis temporibus positum in honorem viri alicuius de patria bene meriti. In fr. *a* v. 2 legendum videtur καλοκαγ]αθία τε . . . , v. 3: τοιούτων οὖν γερον[ώς προγόνων (cf. *I. Pont.* v. I n^o 24 v. 8 sq.), v. 4: . . . ς γενόμενος, v. 5: . . . ν τῆ πόλει και . . . , v. 6: . . . αὐτῷ καθό[τι . . . Fr. *b* vv. 3—4 fortasse ita coniungendi sunt cum fr. *a* vv. 7—8, ut legatur: στέργων τοὺς μὲν πρεσ]βυτέρο[υς ὡς πα]τέρας, τοὺς [δὲ ἡλικιώτας ὡς ἀδε[λφού]ς και τοῦ[ς . . . (cf. *Inscr. P.* I n^o 22 v. 28 sq.). Fr. *c* v. 2 fortasse fuit Σ]ατύρο[υ, v. 4: κε]χοσμη- μένος etc.

b) Tituli dedicatorii.

8. Tabula marmoris candidi integra, a. 0,685 m., l. 0,41, cr. 0,14; reperta esse dicitur m. Martio a. 1893 in oppido Oczakov prope veterem arcem (eodem loco, ubi antea reperti erant *Inscr. P.* un^o 52¹ et 102). Titulus diligenter exaratus optime conservatus est (litt. a. circa 0,023).

1	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἀγαθῆ τύχη.
	ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗΕΓ	Ἀχιλλεῖ Ποντάρχῃ ἐπ-
	ΙΑΡΧΟΝΤΟΣΕΥΡΗΜΩΝ	ι ἄρχοντος Εὐρήμων(ος)
	ΛΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥΜΗΝΟ	[Ἀ]ρτεμιδώρου μηνό-
5	ΣΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΟΣΒΑΧ	ς Βοηδρομιῶνος β' Ἀχ-
	ΙΛΛΕΥΣΔΗΜΟΣΤΡΑΤ	ιλλεὺς Δημοστράτ-
	ΟΥΟΛΒΙΟΠΟΛΕΙΤΗΣΚΑ	ου Ὀλβιοπολείτης κα-
	ΤΕΣΚΕΥΑΣΕΤΑΤΕΙΧ	τεσκεύασε τὰ τείχ-
	ΗΤΟΥΝΑΟΥΕΚΤΩΝΙΔΙ	η τοῦ ναοῦ ἐκ τῶν ἰδί-
10	ΩΝΚΑΙΕΦΙΛΟΤΕΙΜΗΣ	ων καὶ ἐφιλοτειμησ-
	ΑΜΗΝΤΟΝΝΑΟΝΧΡΥΣ	άμην (εἰς) τὸν ναὸν χρυσ-
	ΟΥΣΕΚΑΤΩΝΚΑΙΑΝΘ	οῦς ἑκατ(ὸ)ν καὶ ἀνέθ-
	ΗΚΕΝΣΤΡΕΠΤΩΝΧΡΥΣ	ηκεν στρεπτ(ὸ)ν χρύσ-
	ΕΟΝΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕΩ	εον ὑπὲρ τῆς πόλεω-
15	ΣΚΑΙΤΗΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙ	ς καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγεί-
	ΑΣΑ	ας.
	vac.	

Achillem ab Olbiopolitis inter summos deos cultum esse novimus¹⁾. Templum eius in ipsa urbe fuisse testatur Dio Chrysostomus in oratione Borysthenica; cuius testimonium optime hoc titulo confirmatur, e quo discimus secundo fere p. Chr. saeculo (nam ad hanc aetatem titulus propter litteraturam referendus est) Achillem quendam Demonstrati f. Olbiopolitam templi parietes fortasse vetustate collapsos proprio sumptu aedificasse ac praeterea centum nummos aureos donasse et torquem aureum pro urbe ac sua salute consecrasset. Henremon Artemidori f. archon et Achilles ipse Demonstrati f. ex aliis titulis non sunt noti. Ceterum fatendum est propter errores complures²⁾ antiquam tituli originem dubitationi esse obnoxiam.

1) Cf. supra p. 2 n. 1.

2) Praeter eos errores, quos in transcriptione correximus, notandi sunt hi: v. 10 ἐφιλοτειμησάμην pro -σατο et v. 15 ἑαυτῶν pro ἑαυτοῦ; ceterum pluralis hic pro singulari positus (nam aliae personae, pro quarum salute torques consecrari potuerit, in titulo non commemorantur) inde facile explicari potest, quod haec formula solemnis in permultis titulis in Achillis fano positus legebatur, et fortasse pro scalpri lapsu haberi potest.

Переводъ. Въ добрый часъ. Ахиллу Понтарху при архонтѣ Евримонѣ сынъ Артемидора, мѣсяца Воидроміона 2-го дня, Ахиллъ сынъ Димострата Ольвіополитъ построилъ стѣны храма изъ собственныхъ средствъ и я пожертвовалъ (на) храмъ сто золотыхъ и посвятилъ золотое ожерелье за городъ и ихъ собственное здравіе.

9. Marmor candidum in quattuor partes diffractum, a. 0,50 m., l. 0,345, cr. 0,06 (infima pars crassior est). In altera parte servantur pedes duo humani nudi anaglypho expressi, in altera est titulus integer; inde sequitur hunc lapidem partem esse magni anaglyphi, recentiore aetate ad titulum inscribendum adhibitam. Titulus litteris circa 0,03 m. altis negligentissime incisus est et valde detritus.

Lapis circa annum 1876 in vico cui nomen est «Ближній Бейкунгъ» repertus a. 1891 museo inlatus est.

ΑΙΜΝ	ΠΙΥΧΙ
ΑΧΙΛΛ	ΕΙΠΘ
ΤΑΡΧΗ	ΟΠΕΡ
ΚΗΞΑΡ	ΟΝΑΡ
ΧΟΝΕ	ΤΑΖ
ΜΕΣΠ	ΚΙΔ
∇ ∟	∟ Ι ∟ Π
ΧΑΡΙΣ	Η Ι Ο Ν

Ἀ[γ]α[θῆ] τ[ύχη].
Ἀχιλλεὶ Πο[ν]-
τάρχῃ ἐὶ περὶ
Κηξέαρ(θ)ον ἄρ-
χοντες Ἀζά-
μης, Σπ[ό]κος, Δ[ά]-
δος, Δί[ζ]ης?
χαρισ[τ]ήριον.

Similes donariorum subscriptiones ab archontibus Achilli Pontarchae oblatores vide in *Inscr. Pont.* v. I n^o 77, 78. Ex archontum nominibus Κηξέαρδος idem fere est, quod Καϊνάξαρδος (*Inscr. P.* v. I n^o 54); Ἀζάμης, Σπόκος (s. Σπάκος?), Δίζης inter Olbiopolitana nomina primum obveniunt.

Переводъ. Съ добрымъ счастиемъ. Ахиллу Понтарху архонту съ Кинексаромъ во главѣ: Азаміи, Спокъ, Дадъ, Дизъ (?) поставили благодарственное приношеніе.


10. Fragmentum tabulae marmoreae superne et a sinistra mutilum, a. 0,28 m., l. 0,305, cr. 0,135. Litterae 0,02 altae pessime sunt detritae.

Lapis a. 1890 a Fedosenko rustico in vico Beicusch repertus a. 1891 museo inlatus est.

ΣΙΟ
ΣΣΣΤΙ
ΕΥΠΟΣΙ
ΤΗΣΠΟΛΕΩ
ΓΕΙΑΣ

.ς Σωστ[ράτου]
ὑπὲρ] εὐποσί[ας καὶ εὐ-
ρήνης?] τῆς πόλεω[ς καὶ
τῆς ἐαυτῶν ὑ]γείας.

14. Fragmenta duo tabulae marmoreae vilis, altae 0,38 m., cr. 0,04; latum est fr. *b* (maius) 0,33. Tabula aetomate acroteriis praedito et pilis suffulto ornata erat; quae ornamenta, ut titulus ipse, rudi admodum manu sunt exarata. Fragmenta Olbiae circa a. 1877 reperta apud Maievskium servabantur donec a. 1892 museo Surutschaniano inlata sunt. Lapidis formam v. in tab. II.



Titulus ad praetorium aedificandum sive restituendum videtur referri; sed in integrum eum restituere admodum est difficile; temptavimus haec:

[Τύχ]η ἀγαθῆ.
 [Ἐπὶ ἀρχόντων τῶν] περὶ Πα. νήιον Μητά-
 [γου Α]ύρ. Βασιλεὺς Καλλι-
 [σθένου ἐπεσκέυασε] τὸ στρατήγιον
 ομ ρε-
 [. κα]ὶ τὰς πύλας
 [. ἐ]κ τῶν ἰδίων.

Praetorium Olbiopolitanum primum hic commemoratur. Nomina quae sunt Πα. νήιος (an Π. Ἄ. νήιος?) et Αύρ(ήλιος) Βασιλεὺς nondum obvenerunt inter Olbiopolitana. Propter litterarum et ornamentorum formam titulus aetate suppar videtur ei, qui in *Inscr. Pont.* I n^o 97¹ (*add.*) editus est et Imperatoris Alexandri Severi nomen refert.

c) Tituli sepulcrales.

15. Fragmenta duo tabulae marmoris candidi superne et inferne epistylis ornatae, reperta in Olbiae parietinis m. Iulio a. 1891; fragm. *a* altum est 0,19 m., l. supra 0,22, cr. 0,05; *b* alt. max. 0,24 m., l. infra 0,24; infra superest pars spinae terrae infigendae; media tabulae pars fractura periit.

In fragm. *a* titulus diligentissime exaratus litteris 0,011 altis optime etiam nunc legitur exceptis duabus litteris, quas lapidis fractura abstulit; in fragm. *b* litterae 0,015 altae item bene leguntur. Pinxit Olga Chr. f. Surutschan (fragm. *a* vide etiam in tab. III).



a

Ἀπατο(υ)ρίο(υ) ⊗[εο]-
δοτο(υ).



b

Ἐμπαλακίων Πυρ-
θεί(ο)υ χρηστέ, χαῖρε.

Titulus *a*, ut litterae ⊗ forma probat, medio V a. Chr. saeculo non est recentior. Alterum igitur iam habemus titulum tam remotae aetatis Olbiae repertum post eum, quem Latyschevius edidit *Inscr. Pont.* v. I n^o 120 quemque in hac sylloge iterum repraesentamus eo consilio, ut litterarum formae accuratius cognoscantur (v. tab. III). Inferiorem titulum Romanis iam temporibus, tabula fortasse antea fracta, inscriptum esse litteratura probat; ceterum tam gravibus ille erroribus scatet (ΠΣ pro Ψ, ΠΥΡΘΕΙΛΥ pro ΠΟΥΡΘΑΙΟΥ), ut dubitare liceat, num omnino sit antiquus: nam facile conici potest hac tabulae parte separatim reperta falsarium aliquem eo consilio in ea titulum exarasse, ut maiore pretio vendatur.

16. Fragmentum basis marmoris candidi superne politae, epistyliis ornatae, a. 0,30 m., long. 0,525, lat. 0,25. Sub epistylis legitur pars tituli litteris 0,028 altis inscripti et bene conservati.

Lapis a. 1876 repertus in oppido Oczakov a. 1891 museo inlatus est.

ΗΜΑΤΟΔΙΟΝΥΣΕΡ,

Titulus ita videtur supplendus esse:

[Τοῦ δεῖνος μν]ῆμα τοῦ Διονυσερ . . .

Litterarum forma et το pro τοῦ scribendi genus probant titulum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore. Patris defuncti nomen supplere non contigit.

Inscriptiones latinae Olbiae nondum erant repertae. Nunc habemus duos titulos sepulcrales, qui probant II aut III p. Chr. saeculo Romanae originis homines hic quoque habitasse¹⁾.

17. Monumentum sepulcrale lapidis calcarii inferne fractum, a. 0,58 m., l. 0,455, cr. 0,14. Titulus in quadro incisus est litteris grandibus quidem (a. 0,05), sed neglegenter exaratis. Lapis Olbiae repertus est m. Septembri a. 1889 (v. tab. IV).

D	M
A	V
R	E
E	I
A	E
Q	Y
R	N
I	A
E	E
V	I
X	A
N	X
I	C

D(is) M(anibus)
Aure(l)iae
Q[y]rniae.
Vix(it) an(nis) XIC.

Videtur lapicida Latine scribendi fuisse imperitus; nam ne notissimum quidem *Aurcliae* nomen recte scripsit. V. 3 *Qyrniae* scriptum est pro *Cyrniae* (gr. Κύρνιας); de hac scriptura cf. Corssen, *Ausspr., Voc. u. Beton. d. Lat. Sprache* I² p. 71 sq.

18. Tabula lapidis calcarii integra quidem, sed in tres fracta partes, a. 0,68 m., l. 0,43, cr. 0,14, infra desinens in spinam terrae infigendam (hodie ex parte fractam). Titulus in quadro satis neglegenter scriptus est litteris 0,03 altis, quae nunc difficiles sunt lectu. Rep. m. Martio a. 1892 in Olbiae coemeterio (in aula rustici cuiusdam Parutinensis). V. tab. IV.

1) Tertius titulus, item sepulcralis, nuper repertus Odessae exstat in museo societatis historicae et archaeologicae.

1	D M ΛΕΙΥΣΛΤΥΡ ΝΙΝΥΣ VIXIT ΑΝΝΙΣ XXVII 5 ΕΤΛΕΙΑ, ΣΑΤ ΥΡΝΙΝΑ VIXIT ΑΝΝΙΣ XVI IRE ΝΕΜΑΤΕΡ II ΚΙΣ ΒΒΜ ό Ρ ό	<i>D(is) M(anibus).</i> <i>Aeliu[s] Satur-</i> <i>ninus vixit</i> <i>annis XXVII</i> <i>et Aelia Sat-</i> <i>urnina vixit</i> <i>annis XVI. Ire-</i> <i>ne mater [f]i-</i> <i>lis b(ene) m(erentibus) p(osuit).</i>
---	---	---

Titulus saeculo III p. Chr. vix est antiquior.

d) Tituli varii argumenti.

19. Basis marmoris candidi venis nigris adpersi, a. 0,77 m., l. 0,46, cr. 0,16. In plano superiori exstant catini duo rotundi eis similes, qui sunt in lapide *Inscr. P. I* n^o 12. Qui quam ob causam sint excavati, non liquet; ad oleum sive vinum dis libandum destinatos esse putat Surutschanus. Parti anticae unum nomen inscriptum est Romanae aetatis litteris 0,045 m. altis iisque diligenter exaratis.

Lapis circa a. 1860 in insula Borysthenide (quae hodie est Berezan) repertus esse dicitur et inde in vicum Beikusch asportatus. Acquisitus est a. 1891.

ΘΕΑΙΔΗΤΟΣ

Θεαίδητος.

Nomen (diversum a Θεαίτητος) iam dudum notum: v. ex. c. C. I. Gr. 5662, 8518. Quod qua de causa lapidi inscriptum fuerit, satis difficile est dictu; nam statuae vestigia nulla exstant in lapide, et quominus sepulcralem eum fuisse putemus, forma obstat.

20. Frustum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. 0,135 m., l. 0,09, cr. 0,04. Litterae 0,025 m. altae (vv. 3 et 4 minores) bene conservatae sunt. Rep. Olbiae m. Septembri a. 1889.

Π Τ C	Πτο[λεμαῖος . . .
EYK	Εὐκ[ράτης
ΒΡΑ	[Ἄ]βρα[γος . . .
ΙΛΛ	[Ἄχ]ιλλ[εὺς . . .
Α

Supersse haec videntur e catalogo nominum propriorum; quae sane exempli tantum causa a nobis suppleta sunt.

21. Frustulum tabulae marmoris candidi utrimque politae, ab omnibus partibus mutilatum (a. 0,10 m., l. 0,05, cr. 0,025), litteris pulcherrimis inscriptum, altis 0,02 m.

— M
 — OΞ
 Ξ O'
 √ IΞ

Admodum dolendum est, quod tam pauca ad nos pervenerunt e titulo, quem propter litteraturam ad IV a. Chr. saeculum referre nemo dubitabit.

22. Frustulum tabulae marmoris candidi item utrimque politae, undique mutilum, a. 0,11 m., l. 0,07, cr. 0,07. Litterae circa 0,02 altae (v. 1 minores) bene conservatae sunt. Rep. Olbiae a. 1885.

— EI
 Ξ OK /
 OΣ · /
 √ √

23. Frustulum tabulae lapidis porphyritae rubri coloris, ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,08 m., l. 0,05, cr. circa 0,025; litterae diligenter incisae altae sunt circa 0,009. Repertum est in Olbiae parietinis a. 1885, museo inlatum a. 1889.

ΙΝΑ / √ √
 ΙΤΕ Μ
 √ ΙΝΤΑ Μ
 ΑΥΤΩΙΑ
 ΕΓΚ ·

Fortasse est fragmentum decreti saeculo II a. Chr. non recentioris.

24. Frustulum tabulae marmoris candidi undique mutilum, in Olbiae parietinis repertum a. 1888. Litterae diligenter incisae et apicibus ornatae altae sunt 0,015.

ΕΚ
ΔΗΜ
Α/


25. Frustulum minutissimum tabulae marmoreae.

/
EM/
F

26. Fragmentum marmoris candidi ab omnibus partibus praeter dextram mutilum, rep. Olbiae a. 1890.

ΜΝΑΣΙ
ΠΡΟΘΓ
ΒΑΙΙ<
////

27. Fragmentum marmoris candidi a. 0,08 m., l. 0,07, cr. 0,025, rep. in Olbiae parietinis a. 1885, museo inlatum a. 1889.



Ineunte mense Augusto a. 1894 in Olbiae parietinis laminae duae plumbeae *διπτύχαι* repertae sunt litteris inscriptae, quas hic describimus et in tabulis V et VI ad fidem imaginum photographica quae dicitur arte factarum repraesentamus.

28. Lamina utrimque inscripta, alt. m. 0,075 m., lat. m. (si explicita metitur) 0,125 m. Litterae instrumento acuto exaratae bene etiam nunc distinguuntur. Supra et infra exstant foramina parvula formae rotundae laminae adfigendae s. adligandae destinata.

a) *Pars antica.*

Α Γ Α Κ Ι Κ		Λ Η Σ	Δ Ο	Λ	Ἄ γ α σ κ λ ῆ ς	Ἡ ρ ὀ δ ω ρ ο ς .
Η Ρ Α Ε		Λ Η Σ	Υ	Ἡ ρ α (χ) λ ῆ ς		
Α Ρ Ι Κ Τ Ο Μ		Ε Ν Ι Σ	Δ	Ἀ ρ ι σ τ ο μ ἔ ν (η) ς		
Λ Π Ο Λ Λ		Α Σ	Δ	(Α) π ο λ λ ᾶ ς		
Α Β Τ		Υ Ρ Χ Τ Ο Δ Ι		Α ὕ τ [ο κ ρ α] τ ι δ (η ς)		

b) *Pars postica.*

Κ Λ Ν		
Π / Ο Κ <		Λ Ι Α <
Λ Κ Η		Ν

Haec restituere non contigit.

29. Lamina quadrangularis (uno angulo fracto) a. 0,035 m., l. (si explicitam metiris) 0,085 m. In parte superiore foramen exstat formae ovalis. Litterae in parte antica accuratius aliquando quam in praecedenti exaratae facillime leguntur.

Λ Υ Ν	—	Σ	W	Λ υ ν . . .	Ἰ π π ο κ λ ῆ ς .
Ξ Ε Ν	Σ	Ν	Π	Ξ ἔ ν ω ν	
Α Θ Η Ι	Σ	Ο Δ	Σ	Ἄ θ η [ν] ὀ δ [ω] ρ [ο] ς	
Α Θ Η Ν Α Ι	Σ	Σ	Ο Κ	Ἄ θ ῆ ν α ι [ο] ς	
Γ Α Υ Ξ Α Ν	Σ	Α Ξ	Π	Π α υ σ α ν [ἰ] α ς	
Δ Η Μ Η Τ	Σ	Ο Δ	Π	Δ η μ ῆ τ [ρ ι] ο [ς]	
Α Ξ Κ Λ		vac.	Ι	Ἄ σ κ λ	

Ratio, cur utrique laminae nomina haec virilia sint inscripta, certo definiri nequit. Propter litteraturam n^o 29 ad tertium a. Chr. saeculum potest referri, n^o 28 videtur aliquanto recentior esse.

III. Tituli Bosporani.

Qui sequuntur lapides Bosporani omnes a Surutschano vere a. 1894 in oppido Kertsch empti sunt.

30. Tabula sepulchralis lapidis calcarii superne fracta, infra desinens in spinam, a. 0,47 m., l. 0,30, cr. 0,09. Tituli diligenter incisi primus

versus lapidis fractura laesus est; nonnullae litterae rubri coloris vestigia servant.

ΥΛΙΑΙΑΙ ΘΕΟΔΑΣΚΑΙ ΕΡΜΗΣΘ_ΟΔΑ ΧΑΙΡΕΤΕ

[Κου?]λία [x]αί
 [Θ]εοδάς και
 Ἑρμῆς [οί] Θ[ε]οδά,
 χαίρετε.

Mulieris nomen exempli tantum causa restituimus (cf. *Inscr. P.* II, nn^o 74, 239, 366, 368). Ἑρμοῦ nomine libenter usi, sunt Bosporani (v. *Inscr. P.* v. II ind.), Θεοδάς item nomen notissimum, sed in Bosporo primum hic obvenit.

31. Lapis calcarius in duas partes fractus, alt. 0,90 m., l. 0,44, cr. 0,10. In fragmento superiore aetoma sculptum est tribus rosis ornatum et sub aetomate anaglyphum rudi manu sectum et admodum hodie detritum, repraesentans virum a dextra spectanti, dextram protendentem alteri viro minoris staturae, qui stat a sinistra spectanti; post hunc in angulo sinistro stat puerulus. Sub anaglypho in altero fragmento titulus est Romanae aetatis pessime nunc quidem detritus; nonnullae litterae coloris rubri, quo inductae erant, vestigia servant. In ectypo chartaceo haec distinguuntur:

ΠΑΠΑΣ ΚΑΙΑΘ ΛΟΣΑΙΑΝΟΝ ΧΑΙΡΕΤΑΙ

Πάπας και Ἄ[θυ-
 μ?]ος [κα]ι Ἄγν(ω)ν,
 χαίρετ(ε).

32. Tabula sepulcralis marmoris candidi vilis, superne et inferne fracta ita, ut superne videatur periisse aetoma, infra spina basi infigenda; superest anaglyphum repraesentans virum himatio amictum et mulierem longo vestitu stantes facie ad spectantem conversa, dextris pectori impositis, sinistris vestibus involutis et impositis femori; ad dextram spectanti est etiam pueruli sive puellae figura male conservata. Infra est titulus Romanae aetatis diligenter exaratus litteris circa 0,03 altis.

ΦΑΝΝΗΦΑΝΝΕΟΥΣ ΚΑΙΓΥΝΗΜΑΙ ΧΑΙΡΕΤΕ
--

Φάννη Φαννέους
 και γυνή Μάξι,
 χαίρετε.

Φάννην Φαννέους habemus in titulo *Inscr. P.* II n^o 203, qui item in museo Surutschaniano conservatur. Nomen quod est Mā iam saepius obvenit in titulis Bosporanis.

33. Tabula lapidis calcarii superne fracta, infra desinens in spinam, alta 0,52 m., l. 0,31, cr. 0,09. Ornata erat anaglypho rudi manu sculpto; supersunt pedes hominis et alterius figurae himatio amictae pars inferior pectore tenus. Infra est titulus litteris aetatis Romanae circa 0,025 m. altis incisus et satis bene etiam nunc conservatus.

ΕΡΩΞΦΑΝΝ ΕΩΣΧΑΙΡΕ	Ἔρωξ Φάνν[εως, χαῖρε.
----------------------	--------------------------

Ἔρωξ nomen in Bosporo usitatissimum. Nominis quod est Φάννης genitivus plerumque est Φάννα, sed obvenit etiam Φαννέους (v. n^o 32) et Φάννεως.

34. Tabula sepulcralis lapidis calcarii integra praeter spinam, a. 0,90 m., l. 0,46, cr. 0,12, superne ornata aetomate sculpto, acroteriis et rosis tribus instructo. Sub aetomate in quadro sculpti sunt vir et mulier stantes iunctis dextris et a sinistra viri parte puerulus. Infra est inscriptio satis diligenter exarata litteris circa 0,03 m. altis.

ΚΟΣΣΑΣΓΛΑΥΚΟΥ ΧΑΙΡΕ	Κοσσᾶς Γλαύκου, χαῖρε.
------------------------	---------------------------

Γλαύκου nomen usitatissimum quidem est, sed in Bosporo ante hunc titulum repertum nondum obvenit. Κοσσᾶς exstat *Inscr. P.* II, nn^o 88 et 192.

35. Tabula lapidis calcarii in duas partes fracta eo ipso loco, ubi finitur anaglyphum, a. 0,65 + 0,87 m., l. 0,47 m., cr. 0,16. In superiore parte conservatum est aetoma diligenter sculptum magnis acroteriis instructum; inter acroteria sculptae sunt rosae duae, in triangulo aetomatis scutum. Sub aetomate fornix est pilis suffultus; sub fornice ad dextram spectanti figura virilis (hodie admodum detrita) himatio amicta, stans in basi alta, et a sinistra eius altera figura satis parva, sinistra manu ad virum porrecta vas tenens. Sub anaglypho (in inferiore parte) titulus est Romanae aetatis dili-

genter quidem exaratus, sed temporum iniuria detritus; litterarum altitudo variat inter 0,025 et 0,02 m.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΥΕΗΛΙΟΥ ΧΑΙΡΙΝ	Στρατόνικε, ὑὲ Ἡλίου, χαίρ(ε)ιν.
-----------------------------	-------------------------------------

Utrumque nomen in compluribus iam titulis Bosporanis occurrit.

36. Tabula integra lapidis calcarii a. 0,75 m., l. 0,41, cr. 0,125, infra desinens in spinam basi infingendam. Superne ornata est aetomate sculpto, tribus rosis instructo; sub aetomate in quadro sculpta est mulier chitone et palla amicta, stans facie ad spectantem conversa, et ante eam puella vas tenens. Sub anaglypho titulus est aetatis Romanae profunde et diligenter incisus et optime etiam nunc conservatus (litt. a. 0,035—0,045 m.).

ΑΡΙΤΗΘΥ ΓΛΤΗΡΦΡΩ ΝΟCΧΛΙΡΕ	Ἀρίτη θυ- γάτηρ Ἡρω- νος, χαίρει.
---------------------------------	---

V. 2 tertia a fine littera est Η correctum ex Φ. Ἀρίτη videtur scriptum esse secundum pronuntiationem pro Ἀρήτη, quod nomen inde ab Homericis aetate est celeberrimum. Aliud nomen est Ἀρέτη, quod exstat in duobus titulis Bosporanis (*Inscr. P. II*, n^o 219 et 220).

37. Vere a. 1894 in suburbio Tatarico oppidi Kertsch sepulcrum repertum est, e quo variae res antiquae in lucem sunt extractae. Ex his Surutschanus acquisivit ampullam vitream formae rarissimae 10 cm. altam loculumque ligneum fractum (in una assula adhuc conservatus est circulus aeneus cum sera) et pectinem item ligneum (cupressinum) in theca reconditum, quem cum theca ipsa in tab. VII naturali magnitudine repraesentandum curavimus.

Theca quadrangularis est formae oblongae, marginibus scalptis. Parti anticae inseritur operculum scalptum, in cuius media parte cygnus diligenti manu factus est; pone eum videtur esse uva. Pecten ipse eam fere formam habet, qua nos uti solemus, dentibus in altera parte rarioribus, in altera densioribus. In media pectinis parte lineis subtilibus scite admodum sculptae sunt litterae, quae ita, nisi fallimur, sunt legendae:

[Τ]εμ[ῆ] δῶρον.

Quamvis vox τεμῆ ut nomen mulieri inditum neque apud scriptores graecos (quantum confidere licet Papii et Benseleri lexico nom. propr.) nec

in titulis Bosporanis adhuc repertum sit, tamen si memoria repetierimus, quam saepe Bosporani nomina quae vocantur appellativa sensu nominum priorum usurparint¹⁾, ne hoc quidem nomen videbitur insolens. Ceterum si quis melius invenerit supplementum, grato animo accipiemus²⁾.

Pectines ligneos in sepulcris Bosporanis interdum esse repertos inter omnes constat³⁾. Praeter eum, quem describimus, unum novimus pectinem inscriptione praeditum, qui ab a. 1853 adhuc Petropoli servatur in museo Imperiali quod vocatur Ermitage: est ille cedrinus, formae nostro simillimae, in media parte legitur «Ἀδελοφῆ δῶρον»⁴⁾. Litteratura ipsa, praeter pectinis formam, adeo est nostrae similis, ut facile conicias eiusdem fabri utrumque esse opus. Servabatur item in theca, quae in multas particulas fracta reperta est et ornamentis, nisi fallimur, omnino caret.

1) Cf. nomina muliebria: Ἀρέτη *Inscr. P. II* nn^o 219 et 220, Δωρῆα *ibid.* 401, Εὐπορία 68, Νίκη 287, Πώμη 386, Ψυχῆ 266 et 267.

2) Coniecerit quispiam ante Δ non esse litteram, sed foliolum vocabulis distinguendis additum, ut in altero pectine, quem statim commemorabimus, et inter hoc foliolum et Μ litteram praecedentem supremam I litterae particulam adparere, ita ut legendum sit εἰμ[ι] δῶρον. Sed obstat huic coniecturae, quod ante Ε sine dubio fuit una littera, cuius pars superior fracta est.

3) V. *Antiquités du Bosphore Cimmérien*, rééd. par S. Reinach (Par. 1892), p. 50, 62, 136.

4) Titulus (sine pectinis imagine) editus est in *Ant. du Bosph. Cimmér.* (1854) v. II, inscr. LXIX = *Ant. du Bosph. Cimm.* rééd. par Reinach, p. 136. Alter pecten ibidem commemoratus et adhuc in museo quod vocatur Ermitage conservatus formae communis est ornamentisque caret. «Peigne en ivoire, Monfaucon, *Antiq. expl., suppl.*, t. III, pl. 21; trois peignes dont l'un porte le nom du possesseur, Boldetti, *Cimiteri de' Santi Martiri*, p. 502; deux en bronze et deux en or au Musée de Naples, *Mus. Borb.* t. IX, pl. 15 (note des éditeurs)». Reinach. De pectinibus in universum cf. Baumeister, *Denkm. d. klass. Alterth.* s. v. Kamm; Rich, *Dict. des ant. rom. et grecques* (trad. Chéruel) s. v. pecten.



Жертвенникъ Ахилла.

Музей древностей И. К. Суручана из Кишиневъ.



Фрагментъ Ольвийской надписи.

Музей древностей И. К. Суручана въ Кишиневъ.



Архаическия надписи изъ Ольвии.
Музей древностей И. К. Суручана въ Кишиневѣ.




Латинскія надписи изъ Ольвии.




Свинцовая пластинка изъ Ольвии.

Музей древностей И. К. Суручана въ Кишиневѣ.



Свинцовая пластинка изъ Ольвии.

Музей древностей И. К. Суручана въ Кашинерѣ.



ГРЕБЕШОКЪ СЪ ФУТЛЯРОМЪ ИЗЪ КЕРЧИ.
Музей дренностей И. К. Суручана въ Кишиневѣ.

